

huiusmodi pro prima vice et quotiens illos illas vel illa simul vel successive vacare contigerit de consensu venerabilis fratris nostri moderni episcopi Misnensis et dilectorum filiorum praepositi decani et capituli ipsius ecclesiae perpetuo reservare et concedere aliasque in praemissis oportune providere de benignitate apostolica dignemur. Nos ducum ecclesiae et personarum huiusmodi paci et tranquillitati quantum cum deo possumus consulere volentes de praemissis certam notitiam non habentes huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis episcopo praeposito decano et capitulo praedictis et aliis qui fuerint evocandi, si et postquam tibi de praemissis latius constiterit ac episcopi praepositi decani et capituli praedictorum ad id accedat assensus, Ernesto ac Alberto Saxoniae ducibus praedictis eorumque successoribus plenum ius nominandi ac patronatus et praesentandi episcopo et capitulo praefatis personas idoneas ad praeposituram decanatum archidiaconatus aliasque dignitates personatus administrationes et officia ipsius ecclesiae pro prima vice et quotiens illos illas vel illa simul vel successive vacare contigerit, ut praefertur, perpetuo auctoritate nostra reserves et concedas, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus ecclesiae praedictae iuramento confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscunque. Volumus autem, quod si reservationem et concessionem huiusmodi per te vigore praesentium ut praefertur fieri contingat, quod praesentati seu nominati ad praeposituram decanatum archidiaconatus aliasque dignitates personatus administrationes et officia huiusmodi de praepositura et si alias de decanatu archidiaconatibus aliisque dignitatibus personatibus administrationibus et officiis huiusmodi occurrente illorum vacatione ex alternorum mensibus sive alias camerae apostolicae annatae seu medii fructus deberentur, etiam de decanatus aliarumque dignitatum personatum administrationum et officiorum huiusmodi fructibus redditibus et proveniuntibus annatas seu medios fructus ipsi camerae seu eius gentibus in partibus illis deputatis pro tempore, priusquam corporalem possessionem praepositurae decanatus aliarumque dignitatum personatum administrationum et officiorum huiusmodi apprehendant, solvere omnino debeant et teneantur, alioquin praesentes litterae huiusmodi nullius sint roboris vel momenti. Datum Romae apud s. Petrum anno inc. dom. millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto quinto Idus Junii pontificatus nostri anno quinto.

pro A. d. Urbino  
A. de Valterris.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Bleisiegel an hänfener Schnur.  
Ludewig rell. mss. IX. 659. Calles series Misn. epp. 308.

### No. 1195. 1476. 30. Juni.

*Dietrich von Schonbergk Probst zu Meissen und Budissin bekennt, dass er das Dorf die Obirwarthe genannt mit allem Zubehör gekauft habe von den würdigen — herren, ern Hermann von Esschewege seniori, Paulo Mündel scolastico, Nicolao Hildebrandi archidiacono Nisicensi, Johann von Salhüßenn probst zcu Wurtzenn, Nicolao Puschmann vnnnd gantzen capittel der kirchen zcu Missen in gemeynen capittel Petri vnnnd Pauli gesessen — eyntrechtlichen beslossen der kirchen*